

SS 1728

RECTOR  
ACADEMIAE LUDOVICIANAE  
IO. MELCHIOR  
VERDRIES

CONSILIARIUS ET ARCHIATER HASSO-DARMSTA-  
DINVS MEDICINAE ET PHILOSOPHAE NATV-  
RALIS P. P. O.

VNA  
CVM TOTO

SENATV ACADEMICO

GENEROYSIS ATQUE NOBILISSIMIS

ALMAE HVIVS GIESSENÆ

CIVIBVS,

COLLEGIA PVBLICA PARITER & PRIVATA

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

HABENDA

INDICAT ET COMMENDAT


DIE XXIX. MARTII

ccccc  
1728.

SVB SIGILLO ACADEMIE MAIORI.

GIESSEAE,

Typis Vid. Jo. Reinh. Vnpii Acad. Typogr.



## *In Facultate Theologica.*

### **JOH. BARTH. RÜDIGER.**

*Theol. D. & Prof. ordin. suaque Facultat. jām  
Senior, tractus Darmstatino-Marpurgens.  
Superintendens.*

**I**N librorum biblicorum, separatarumque illorum partium analysin & dispositionem, Hermenevticæ Sacræ Rambachianæ exemplo, brevi via manuque ducet publice: Privatum, post pauca, quæ supersunt de *Novissimis*, ad reliqua de *Peccato atque Gratia* perrecturus capita, nullam quam desiderabunt forsitan per æstatem è viretis Theologicis Dnn. Auditores operam aliam intermittet.

### **JO. GOTOFR. SCHUPART,** *S. S. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adsef- for & Diæces. Alsfeld. Superintendens.*

**S**tudium exegeticum pro viribus porro urgebit, quem ad finem publice privatimque *Enarrationes* in N. T. continuabit, ac, finitis in Malachiam commentationibus, foëlem nunc sibi exponendum sumet. Auspicabitur etiam denudò Collegium in B. Baieri *Compendium Theologiae dogmatice*, quocum, praeeunte Doctissimo Buddeo, *Moralia iunget*; nec deerit proiectioribus, qui manuductionem ad *Prudentiam Pastoralem* desiderabunt.

JO.

# IO. GEORG. LIEBKNECHT,

S.S. Thol. Doct. ejusdemque Prof. P. Ordin. & Stipend.  
Princ. Ephorus.

**P**ublicarum lectionum loco exercitium disputatorium, pro pediem indicandum, Deo auxiliante, habebit. *Priuatum Historiam Eccles. N. T.* nuper cooptam, strenue non solum continuabit, sed *Theologiam quoque positivam*, ad dictum B. BAIERI, & venerab. BUDDEI pertractandam refutet. Né uero in Polemicis quid desideretur, libet *Concilium Tridentinum* ea methodo, quam Celeberr. Halensium Theolog. PAUL. ANTONIVS obseruauit, vberius exponere.

## In Facultate Juridica.

### JO. GODOFR. HARTVNGIVS,

J. V. D. Consiliar. Hasso-Darmstad. & Jur. Prof. Ordin.

**P**Er hoc aestuum publice Jus Feudale ad dictum Jurisprudentiae suæ Feudal. in artem redactae ab hora pom. II. ad III. priuatum vero *Pandectas* ductu Compendii Lauterbachiani binis per diem horis, antemerid. X. ad XI. & pom. IV. ad V. itemque ex desiderio nonnullorum *Institutiones Justinianae* ab hora matutina VIII. ad IX. explicabit.

### D. JO. FRIEDER. KAYSER.

Consil. Hasso-Darmst. Jurium P. P. Ord. & Acad. Syndic.

**I**N publicis aequa ac privatis Collegiis, præterlapso demum hyeme coeptis, per instans semestre aestivum sedulo continuabit, eaque qua fieri potest sedulitate perficere contendet. De novo uero, pro Nobilissimorum Dn. Dn.

(2) Com-

Commilitonum desideriis, *Jus publicum vel Feudale* interpretabitur.

## JO. FRIDERICUS WESI

D. & Prof. Jur. Ord.

*P*ublice illustr. Dn. Boehmeri doctrinam de actionibus ad finem perducet. *Privatum institutiones Iustinianae*, nec non *compendium Lauterbachianum* explanabit: neque iis deerit, qui in jure Feudali, Canonico vel alia legitimæ scientiæ parte operam & industriam suam excitabunt.

## IO. GEORGIVS ESTOR,

Prof. Jur. Ord.

*P*oste aquam semestri praeter lapsso publice docuerat iuris publici prudenter, nunc in iisdem scholis ad ius priuatum redibit, atque *institutiones* diui IVSTINIANI solide interpretabitur. Pritatas lectiones destinabit iuri publico, & historiae status Imperii Romano-Germanici, ad ductum operis, quod nuper vulgauit lenensis Professor SCHMEIELZELIUS doctrinam Pandectarum, bono cum Deo, absolutam, ordietur deinceps. Neque illis deerit, qui, aut clarissim. EVERARDO OTTONE praeceunte, aut illustri GVNDLINGO comite, ad hostiam totius Europæ statuum & rerum publicarum exactam peruenire cupiunt. Horas e valuis publicis honoratissimis dominis commisitoniis indicabit,

## BERNH. NICOLAVS STOCKHAVSEN,

D. & Prof. Jur. Ord.

*P*ublice lectiones in *Institutiones* D. Justiniani tum explicando tum disputando continuabit, privatim vero collegium pandectarum ad *Compendium Lauterbachianum* apte.

99

aperiet, nec non Struvii Iurisprudentiam forensem explicabit.

## GEORG. LVDOV. LEVTNER,

*Prof. Jur. Extraord. & Faci. lt. Jur. Assessor.*

**P**ublice B.G. Beyeri Jus Germanicum exponet. **P**rivatim compendium Läuterbachianum non minus, quam Institutiones Imperiales explicabit: neque vestra sapientia in uno Romani juris corpore conclusa videatur, experientia autem, si quam habeatis, forensis auditorii cancellos non egrediatur, decrevit semestri hoc aestivo denuo interpretari Vitriarii Institutiones Juris Naturæ & Cocceji juris publici prudentiam, labores privatissimos quoque continuabit, & varia exercitia disputatoria instituet.

## *In Facultate Medica.*

## JO. CHRISTOPH. HERTIVS,

*Med. D. hujusq. Prof. & Archiatr. Hasso-Darmst. Primar.*

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatrorum consensu promovere poterit.

## MICH. BERNH. VALENTINI,

*Med. D. Archiatr. Hasso-Darmst. P. P. Ord.*

**P**ublice universum Medicinæ cursum, sub primordiis hujus anni coeptum, DEO vries vitamque indulgente, porro continuabit, *privatum* collegium casuale additurus.

# JOH. CASIMIR. HERTIVS,

*Med. D. & P. P. Ord.*

PUBLICAS HORAS PLANTARUM IN HORTO MEDICO DEMONSTRATIONIBUS IMPENDET & SIC QUIDEM UT OFFICINALIUM SEMPER Vires BREVITER EXPOΝAT: PRIVATIM VERO OPERAM DABIT, UT IN ALIIS QUOCQUE MUNERIS SUI PARTIBUS NOBILISS. DNN. COMMILLITONIBUS SATISFIAT.

# IO. MELCH. VERDRIES,

*Med. D. & P. P. Ordin.*

MEDICINAM FORENSEM PROVECTIORIBUS EXPOΝET: &, SI INITIATI ACCEſſERINT, INSTITUTA QUOCQUE PRÆLEGET.

# LVDOVICVS HENR. LEO HILCHEN,

*Med. Profess. Extraord.*

IN EXPLICATIONE MATERIAE MEDICAE STRENUE PERGET, & QUAM PRIMUM EAM AD FINEM PERDUXERIT ad Praxim PROGREDIETUR: NEC IIS DEERIT, QUI IN ALIA QUACUNQUE ARTIS SALUTARIS PARTE ILLUSTRANDA OPELLAM SUAM DESIDERAYERINT.

## *In Facultate Philosophica.*

# MICH. BERNH. VALENTINI,

*Phil. Experim. Prof. Ord.*

IN PARTE PHYSICÆ EXPERIMENTALIS SPECIALI REGNUM NATURÆ VEGETABILE ē VIRIDARIO SUO REFORMATO, ANIMALE EX AMPHI- THEATRO ZOOTOMICO, MINERALE TANDEM ē MUSEO MUSEORUM IPSIS DNN. AUDITORUM OCULIS SUBJICET.

D. IO.

# D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*Mathematum Prof. P. Ordin.*

**P**ublice ex Architectura ciuili materiam de *Ordinibus* proponet.  
Privatum integrum Mathematicarum scientiarum cursum, quem  
vocant, nec non Geographiam histor. vna cum globorum & mapparum  
usu, denso tradet, nec proiectioribus unquam in disciplinis singu-  
lis, ad se pertinentibus, deerit.

# IOANNES HENR. MAIVS,

*Antiquitatum, litteraturae Graecae, & linguarum  
orientalium Professor ordinarius.*

**A**bsoluta publice ACTVVM APOSTOLORVM enarratione Philo-  
logica, initium continuo fecit commentandi in S. BASILII magni  
elegantissimam non minas quam utilissimam, *de legendis gentilium scri-  
ptis*, orationem, atque in eo posthac totus erit, ut feliciter eandem,  
neque sine audientium fructu, ad finem perducere possit. Privatum  
vel cursum instituet Rabbinicum, a facillimo magistrorum incipiendo,  
& ad doctores usque Talmudicos progrediendo, vel, prout desideria  
tulerint auditorum, scriptorem quendam alium, siue Graecum, siue  
Romanum, ita interpretabitur, ut potissimum antiquitatum habeat  
rationem.

# IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

*Philos. Natur. P. P. O.*

**I**ntroductionem suam in Scientiam naturae, recusam & accessionibus au-  
tem explicare occipiet; nec unquam solertioribus Auditoribus se  
non praebedit officium.

# D. JO. CONRADVS ARNOLDI,

*Log. & Metaph. Prof. Ord.*

**E**xercitium Disputatorum secundum Aphorismos, ex Historia Philo-  
sophica petitos, publice continuabit, prout diligentia probitasque,  
auditorum proficiendi studio tenebitur. Privatis quoque Lectionibus,  
rum Logicæ, rum Metaphysicæ, talem porro impendet operari, ut  
quovis non solum semestri utriusque disciplinæ præcepta explicando  
enu-

enucleentur; sed usus etiam earum, in superioribus etiam disciplinis dilucide comonstretur, quibus porro peculiatis pneumaticæ explicatio addetur.

## SEBASTIANVS MASSON, P.

**E**xpedito per diligentiam Auditorum, etiam intra angustiora superioris semestris spacia, Collegio *Juris Naturalis* ad PVFFENDORFII Compendium de officio hominis & ciuiis: nouum per me non plus absumturum temporis ad eundem Auctorem instituam. Praelectiones Politicas secundum praecepta Dn. BVDDEI, Gallico hactenus sermone; expertibus nonnullis, habitas, iamque ultra dimidium proueatas, quo mox etiam plane absolvantur, maturabo. Neque vero consueta lingua eandem proponere doctrinam, si qui cupuerint, renuam; quemadmodum quoque vel in *Disciplina Morum*, vel in aliis prouinciae meae quacunque ratione cohærentibus scientia partibus, promptum omnino sedulumque, qua priuatim, qua publice, dilecti me Comilitones experientur.

## CHRIST.FRID.AYRMANNVS,

*Histor. P. P.*

**C**ollegio Historiae uniuersalis ad finem perducto, nouum auspicabitur. Adiunget Historiam Germanicam, Litterariamque, neque in ceteris sui munericis partibus cuiquam deerit.

## JOHANNES RHENIVS,

*Eloquentiae & Poëseos P. P. Ordin.*

**D**ivina favente gratia publicis laboribus Freyheri Tabulas orationis tractabit, in primis de conscribendis epistolis & componendis orationibus tabulas exponet. Privatim vero iis satisfaciet, qui in elaborandis & publice recitandis orationibus, nec non componendis epistolis & legendis aliis auctoribus classicis operam insumere desiderant.

## CHRISTOPH. LVDOVICVS RVDIGER,

*Prof. Phil. extraord. & M.V. D. civit. Giss.*

**V**iam compendiariam cognitæ & iudicatae ideas, vel scriptis, vel viua voce, vna cum aliis communicandi, praeibit. Nec non artis analyticæ regulas, ad D. Pauli epistolam ad Romanos perscriptam, applicare annitetur.